Quelle:
Copyright:

4

Comentarius in libnum IV Sententiarum.

131a – 186a

Commentarius in librum IV. Sententiarum. Proemii initium est: Nota quod sacramentum multipliciter diffinitur. Et: Commentarius autem ipse incipit: Postquam magister in tribus primis libris tractavit tam de rebus fruibilibus quam utilibus, in isto libro vult tractare de rebus salubribus per que fit vulnerati sanatio. De authore hujusque nil mihi constat.

5

Magnini Regimen Sanitatis.

191a – 260a

Magnini Regimen sanitatis. Rubrica fonti inscripta est: Incipit Regimen Magnini; initium autem Prologi, in quo opus suum Andrea de Florentia Altrebatensi Episcopo dedicat, sequens: In primis Deum testor, cujus nomen sit benedictum. Capitulum primum, quod Regimen sanitatis sit necessarium, incipit: Quod regimen sanitatis sit necessarium duplici via investigare conveniet. Totum opus quinque partibus absolvitur, pars ultima novem capitulis, quorum sex posteriora in codice nostro desiderantur.

Fuit Magninus Mediolanensis Medicus famosissimus, qui vixit ao 1300. Sunt, qui Magninum confundunt cum Arnoldo de Villa nova; sed perperam id fieri sentit Argelati in Bibl. Medic. T. II. col. 830. Vide etiam Mangeti Bibl. medic. voce Magnini. Aeruln. in Linden. renov. pag. 770.